Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

autē sacerdos sanctus uestimenta sua ait Quid adhuc desideramus
testes Audistis blasphemiam Quid uobis uidetur Qui
omnes condempnauerunt eum reum esse mortis Et ceperunt quidam conspuere eum
et uelare faciem eius et colaphis eum cedere et dicere ei Prophetiza Et
ministri alapis eum cedebant Et cum esset petrus in atrio accesserunt
una ancilla eius sacerdotis Et cum uidisset petrum calefacientem
se aspiciens illum ait Et tu cum ihesu nazareno eras At ille negauit di
cens Nec scio nec noui quid dicas Et exiit foras in atrium et gal
lus cantauit Rursus autem cum uidisset illum ancilla cepit dicere circumstan
tibus quia hic ex illis est At ille iterum negauit Et post pusillum rursus
qui astabant dicebant petro Vere ex illis es nam et galileus es Ille
autem cepit anathematizare quia nescio hominem istum quem dicitis
Et statim iterum gallus cantauit Et recordatus est petrus uerbi quod
dixerat ei ihesus priusquam gallus cantet bis ter me negabis et cepit flere
Et consilium mane consilium facientes summi sacerdotes cum senioribus
et scribis et uniuerso concilio uincientes ihesum duxerunt et tradiderunt pi
lato Et interrogauit eum pilatus Tues rex iudeorum At ille iudeis ait
illi Tu dicis Et accusabant eum summi sacerdotes in multis Pilatus at
tem rursum interrogauit eum dicens Non iudeis quidquam Vide quanta te
accusant Ihesus autem nichil amplius respondit ita ut mirarentur pilatus
Per diem autem festum dimittere solebat illi unum ex uinctis quem cumque petis
sent Erat autem qui dicebatur barrabas qui cum sediciosis erat uin
ctus qui in sedicione fecerat homicidium Et cum ascendisset turba
cepit rogare sicut semper faciebat illis Pilatus autem iudicit eis et dixit
Vultis dimittam uobis regem iudeorum Sciebat enim quod per inuidi
am tradidissent eum summi sacerdotes Pontifices autem congregauerunt turba
ut magis barrabam dimitteret eis Pilatus autem iterum respondens ait illi